

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6757

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Westwood, Sainte-Marie, dépendance Fontevrault (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1155-1158]

Lieu d'émission : Worcester

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Acte approuvant la fondation, à Westwood, d'un monastère de religieuses appartenant à l'ordre de Fontevrault.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, p. 1004 (extrait).
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° LXXIII, t. 1, p. 175-176.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 175.

Texte établi d'après b

Henricus, Dei gratia (sic) rex Anglorum, et dux Normannorum [et] Aquitanorum, [et] comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris suis per Angliam constitutis, salutem.

Sciatis me concessisse quod in loco de Westwode in Wygorniensi comitatu sit conventus sanctimonialium de ecclesia Fontis Ebraudi, et quod in pace et libere et honorifice, integre et plenarie habeant omnia sua tenementa, que Osbertus filius Hugonis et Eustachia de Say, mater sua, dederunt in elemosinas ecclesie Fontis Ebraudi, scilicet Westwudam ad assartandum et ad parcum, si voluerint, faciendum, et Cruchiam, scilicet duas hidas, et salinarium de Wichio, et ecclesiam de Coderuggia cum omnibus pertinentiis suis. Concedo eciam et hac presenti carta mea confirmo ut eedem sanctimoniales de Westwud habeant et teneant omnia hec predicta et omnia alia que adhuc adipisci poterunt in perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis. Quare volo et firmiter precipio quod moniales de Westwud de Fonte Ebraudi, et fratres et ministri et homines et conversi, servientes et mercatores earum, tene[a]nt omnes possessiones suas et elemosinas quiete, integre, libere et in pace, honorifice et plenarie, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus, in bosco et plano et foresta, in pratis et pasturis (sic), in aquis et molendinis, infra burgum et extra, in viis et semitis, et in omnibus locis et in omnibus rebus, solutas, liberas et quietas de shiris et hundredis, et placitis et querelis, et latrocinio et murdro et blodwyta, de forstall et hamsoke et de

hidagiis et scutagiis, geldis et danegeldis, et assisis et donis et horngeldis et forchtgeldis, et auxiliis vicecomitum et ministrorum eorum et nostrorum, et de tethingepeny et de hundredepeny, et sint quiete et libere de omni tailliata et excercitu, et de omni exactione et consuetudine que ad heredes meos vel successores meos pertinent vel pertinere possunt. Nec ponantur in placitum de aliqua possessione sua nisi in presencia mea corporali vel heredum meorum. Testibus : Thoma cancellario, et Ricardo de Lucy, et Mansero Biset dapifero, et Bernardo de Sancto Walerico, et Willelmo de Bello Campo.
Apud Wygorniam.